



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

Redivivi Ad Mortales

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

# REDIVIVI AD MORTALES



Dsumus è cineribus & longâ nocte REDIVIVI MANES, terras, Provincias, Castra, Vrbes, Arces, Aras, ac Tempia revisentes nostris olim legibus exemplôque ita instructa, ut cuivis in ijs, cum DEO & ad DEVM ambulandi via facilis & aperta deesse non possit.

Nobiscum enim, si placet, hodie dum IULIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, MARCHIÆ, RAVENSPVRGI, MOERSIÆ, reliquâsq; amplissimarum Provinciarum partes circumspicite; & in omnibus illustria nostræ & ROMANO-CATHOLICÆ RELIGIONIS VESTIGIA *manifestissime reperietis.*

Vrbes Oppida, fora, pagi, vici, agri, silvæ, montes, valles *priscam & ROMANO-CATHOLICAM RELIGIONEM* spirant, ut hominibus etiam tacentibus, saxa, lapides & ligna de parietibus rectam salutis viam monstrent & lo-

& loquantur. Proinde, *Filioli nostri*, nolite errare & degenerare à *Precelsis MAIORVM VESTRO-  
RVM Cogitationibus*. Non vos fallat multitudo er-  
rantium, quæ errori non facit patrocinium; nec enim *Psalmo Rythmizato* ouando cælum  
petitur: *Non est ad Astra mollis è terris via, Vi-  
olenti namq; & qui ardua, DEI causâ*, patiuntur, &  
agunt, illâ gradiuntur, cælumque rapiunt.

Ne itaque erretis *Filij dilectissimi*, non enim  
*de corruptibilibus auro & argento, sed de salute, de  
aternitate, de animabus pretioso CHRISTI  
IESV SANGVINE emptis & redemptis res est:*  
cauete animabus vestris, ne in opprobrium SAN-  
GVINIS CHRISTI, plaudente Orco, his ipsi  
impleatur infernus, in quo DEVS neque da-  
mnatorum tormentis pascitur, neque lamentis  
flectitur.

Quare state super vias antiquas, & interro-  
gate ( non Nouatores ) sed *Maiores Vestros &  
dicemus, que sit via bona, recta ac bene placens  
DEO, non vno Martyrum sanguine perfusa. Cogi-  
tate generationes singulas, & uidete, an ullus  
ex nobis aliâ quàm ROMANO-CATHOLICA  
uiâ ambulauerit, & vitam clauserit? & Vos, quâ  
Confir-*

confidentiâ novam, nullius hucusque exemplo securam viam tentabitis?

*State, state, obsecro, super vias antiquas, & ex tritâ viâ regiâ, tot exemplis firmata nolite, certo salutis periculo, declinare ad devia, quæ tenuisse perijsse est.*

*Clamamus iterum, quia amamus; & per IESV CHRISTI sanguinem hortamur & rogamus, ut stetis super vias antiquas, & NOSTRAS, per hunc vobis calamum redivivo exemplo monstratas.*

*De itineribus aternitatis, immo de ipsâ longâ æternitate agitur, quâ bene aut malè æternum vivendum.*

Centies millies, in infinitum & ultra felices, qui Maiorum suorum ROMANO-CATHOLICA, eâque solâ antiquâ & salutari viâ ac fide gradiuntur: centies millies millies, in æternum, & ultra miseri infausti, & infelices, qui aliâ novâ ambulant! in hac enim non nisi semel, sed (heu dolor!) æternum erratur.

F f

INDEX

INDEX

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100